



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

138. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

84 R E G I N O N I S L I B . I .
ebriosus , in pane & aqua pœnitentia
mensibus.

De eadem re.

Burchard. lib.
14. c. 6.

C X X X V I . Si quis Episcopus aut aliquis
ordinatus in consuetudine ebriosus fuerit , aut
desinat , aut deponatur.

De eaderē re.

C X X X V I I . Laicus si ebriosus fuerit , tres
dies in pane & aqua pœnitentia.

Generales sententiæ de omnibus ebriosis ac
violentis. Sancti Hieronymi Presbyteri
& Ephræm Syri Diaconi.

Hieron. in
epist. ad Eu-
froch.

Burchard. lib.
14. c. 12.

Genes. 9.

Genes. 19.

of 4.

Ephes. 5.

C X X X V I I I . Fuge vinum velut ven-
enum , ne ebrietas superet te , expoliatūmque

virtutibus , nudum efficiat. Vinum enim , ut
sancta scriptura dicit , apostatare facit etiam
sapientes. Attende Noë , virum sapientem &
sanctum , quomodo ad ebrietatem nudatus est
dormiens. Attende Loth Patriarcham , qui
per ebrietatem impudenter se commiscuit fi-
liabus. Hinc beatus Basilius ait : *Multi per
vinum à dæmonibus capti sunt ; nec est aliud
ebrietas quam manifestissimus dæmon.* Hinc
Propheta ait : *Fornicatio & ebrietas aufert cor.*
Ebrietas enim perturbationem parit , gignit
mentis furorem , &flammam suscitat libidi-
nis , Apostolo teste : *Nolite inebriari vine , in
quo est luxuria.* Si quis autem contra hæc san-
ctorum fecerit statuta , dignam ac longam aga-
pœnitentiam ; quia unum est ex his peccati
quæ hominem à regno Dei separant , dicent

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 85
Apostolo Paulo : Neque ebriosi regnum Dei 1. Cor. 6.
possidebunt.

De eadem re. *Ex dictis sancti
Benedicti.*

CXXXIX. Nihil sic contrarium est homi- Burchard. lib.
ni Christiano quomodo crapula, sicut ait Do- 14. c. 1.
minus in evangelio : Videte ne graventur corda Luc. 21.
vestra in crapula & ebrietate.

De eadem re. *Ex Capitularibus,
titulo CLXI.*

CXL. De ebrietate, ut omnium primūm Lib. 1. Capi-
seniores semetipso exinde caveant, & eorum tular. c. 167.
junioribus exemplum bonum sobrietatis of-
tendant.

Item. *Ex lib. III. cap. XXXVIII.*

CXLI. Ut nullus ebrius causam suam in Lib. 3. Capi-
mallo querere nec testimonium dicere præsu- tular. c. 384
mat ; nec placitum Comes habeat nisi je-
junus.

Ex eodem, cap. LXXII.

CXLII. Ut in hoste nemo parem suum vel Lib. 3. Capi-
quemlibet alterum hominem bibere * roget, tular. c. 72.
Et quicunq; in exercitu ebrius inventus fuerit, * cogat. Ex
ita excommunicetur, ut in bibendo sola aqua M S. codice
utatur, quoisque se malè fecisse cognoscat. Rivipull.

Ex Capitularium lib. I. tit. CXXXVIII.

CXLIII. Ut nemini liceat alium cogere Lib. 1. Capi-
ad bibendum. tular. c. 144.